



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Anastasia M. 22. Dec.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

S. ANASTASIA M. 22. Dec.

ANASTASIA è Romano & patritio sanguine patrem in fide agnovit S. Chrysogonum. Nupta viro (Publio nomen erat) à Christiana religione alieno , matrimonii usu semper abstinuit, sive castitatis amore, sive superstitionis odio. Interea tamen mater pro Christo vincitorum audiebat , quos illa summis studiis ultimisque servitiis colebat , tunc præserium , cum conjux malus malam mortem obiit , qui carcere omnibusque malis , dum vixit , ANASTASIAM exercuit. Publio Vopianus in impietate successit , sed quod vim inferre castissimæ tentasset , oculis primo orbatus , mox vitâ ejectus , Publum ad orcum quoq; subsecutus est. Sub hæc cùm bene magnus numerus Christianorum in navim perforatam imponeretur , certo naufragio perituriis dux ANASTASIA data est. Sed neque sic navigantibus fidera defuerunt. Visa est in velis D. Theodota nuper è flammis cum tribus filiis astris inserta. Hæc Helenâ magis propitia navim ad littus appulit. Sed hem in portu alia tempestas insurgit ! ANASTASIA tribus palis alligata igne exuritur ; focia turba omnis per diversa supplicia fortes animos expirat , eâ in vultu & oculis latitiâ , ut ad nuptias ire omnes

di-

D E C.
Dec.
tritio
vit S.
ublio
one
absti
ersti
r pro
os illa
is co
iunx
i car
ixit,
o VI
quod
oculis
, Pu
s est.
herus
am
eritu
Sed
efue
a nu
astris
a na
pot
TA
titur
policia
& o
nnes
di

23. DEC. Vitæ Sanctorum. 695
dixistis. Et ibant, sed Agni ; ituri por
rò, quocunque hic iverit. quid? quod
vestigia sua, quo nos etiam sequi scire
mus, sanguine signarunt. Ex Metaphr.

S. VICTORIA V. ET M.

23. Decembris.

NEmpe nuptias VICTORIA para
bat, nihil magis sollicita, quam ut
ad easdem abhorrentem Anatoliam
impelleret. Ajebat itaque nuptias pri
mos homines celebrasse, DEO ipso
paranympho. Easdem sacrosanctas ab
omnibus gentibus, etiam Christianis,
habitas esse. Christum nuptias adiisse
& miraculo probasse : ipsum adeò de
spondere sibi Ecclesiam voluisse. de
nique quid liberis & nepotibus du
bitaret orbem implere, quando, ut
hic cresceret, DEVS imperasset ? Con
tra pugnabat Anatolia, in primâ mun
di ætate hæc locum habuisse, cum ju
venem hunc crescere & impleri inqui
linis opus erat. At nunc incolas non
tam orbi quam cælo deesse. Christum
non nisi è Virgine voluisse nasci, vivere
moriq; virginem voluisse, Sponsum
Ecclesiæ non nisi Virginis esse. Neque
verò se nuptias respnere, modò sponsus
Deus esset. Videret ipsa, an hic terræ
filio postponendus esset ? Nuper adeò
se ex Angelis didicisse (& didicerat)
dotem huic unicè virginitatē placere,

Eois

